Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322638

20

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS MARIUS VAN HEES,

Rheno Trajectinus.

AD DIEM XXX M. MAJI A. MDCCCXLVIII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD C. VAN DER POST, JUNIOREM.

MDCCCXLVIII.

THESES.

I.

Quod censet Papinianus in l. 57. § 1. D. de cond. ind., procuratorem conveniri, ita cum glossa accipiendum est, si scilicet dominus ratum non habeat quod gestum, quodque plus debito solutum est.

II.

L. 57. pr. D. de cond. ind. explicanda est ex l. ult. § 1. D. eod.

III.

Quod multi putant, l. 28. D. de cond. ind. de eo agere qui scit se posse uti exceptione rei judicatae, id falso affirmari patet ex l. 60. pr. D. eod.

IV.

Furiosus qui damnum dedit minime re obligatur.

V.

Improbamus praeceptum juris nostri, quo pars lucri ejus socii qui suam industriam in societatem confert, assimilatur minimae parti reliquorum sociorum. Ex boni viri arbitratu pars illius erat aestimanda. C. C. B. art. 1670.

VI.

Art. 642. C. C. B. adversatur art. 626. ejusdem codicis.

VII.

Improbandum in art. C. C. B. 434. § 8. enumerari etiam liberos qui milites diem obierunt supremam.

VIII.

Exercitus stabiles sive perpetui civitati non prosunt.

IX.

Mercium importatio et exportatio sit libera.

X.

Prodesset civitati habere medicinae forensis peritos, publico sumtu alendos.

XI.

Poena carceris sive operis publici perpetua improbanda.

XII.

Poena exsilii unice in delictis politicis servanda.

XIII.

Qui sciens res a liberis parentibus surreptas celavit, socius delicti (complice) habendus est.

XIV.

In art. C. P. 247 nimis habita est ratio eventus.

XV.

Distinguendum videbatur infanticidium inter a matre et ab extraneo commissum.

XVI.

In crimine incendii varii sunt respiciendi gradus et modi quos in a. 434. c. P. neglexisse legislatorem reprehendimus.

XVII.

Scriptura a. 219. C. M. G. praeferenda est constitutioni a. 329 C. M. B.

XVIII.

Liberum sit domino in suo fundo venari, extraneo non nisi ex consensu domini liceat.

XIX.

In art. 2. C. M. B. verbum *gewoon* abundat.

XX.

In art. 189 leg. Imp. vox *bestaande* ambigua est.

190028